

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1868**

De S. Firmino, Episcopo Usetiensi, In Occitania Inferiori Commentarius  
Prævius Sancti memoria in Fastis sacris, cultus, quædam vitæ chronotaxis  
Acta qualia ebenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](#)

A sanctorum Rubiani et Adelberti, ut clare patet ex Inscriptione, quæ in cathedrali in crucifixi sacello legenda prostat, hujus tenoris : " Sanctorum corporum Adelberti et Rubiani episcoporum Comensium pars altera ab ecclesia S. Abundii hunc translata an. 1590 die mensis Julii celebrerrima supplicatione. Ita ille, pro se mox citans Tattum, qui, quæ ait, in civitate Comensis Ann. lib. 8, num. 197 docet.

ac Officio eiusdem ecclesiastico Comiti quotannis modo honoratur.

11 Verum etsi S. Eupilii corpus in solenni modo hic memorata supplicatione translatum haud fuerit, a Ninguarda tamen Novocomensi episcopo, sub quo haec facta, fuit supra memoratum, sub quo illud quiescit, altare ad pristinam venerationem, cum in ecclesia S. Abundii instaurazione (Tattum in Novocomensi Martyrologio ad xxxii Maii videtur) labefactatum fuisset, sacris denuo ceremoniis restitutum, subque illo hodieque sacrum illud pignus, sericis velis involutum arceaque plumbeæ, quæ una cum arca, S. Eusebii corpus continent, in magna tumba marmorea collata est, inclusum, honorifice, ut iterum B apud Tattum in Novocomensis Annalibus lib. 7, num. 180 vide re licet, servatur. Celestum Sanctus, cuius ita corpus Novocomi us-

que in hoc etiam tempus custoditur, ibidem quoque, non secus atque olim, solenni modo ritu et quidem, etsi interim id factum a tempore immemorabili forsan haud fuerit, officio ecclesiastico colitur. Ita scilicet Ferrarius et Tattus suadent. Prior enim, postquam sanctis Novocomensis episcopis, de quibus nullum ecclesiam Novocomensis recitat officium, in nova sua in Martyrologium Romanum Topographia, anno 1609 excusa, S. Eupilium accensuit, eumdem deinde haud multis abhinc annis in ecclesia Comensi celebrari ceperisse, in Sanctorum Italia Catalogo, anno 1613 typis vulgato, affirmat; ita autem, tunc Eupilium haud dudum ceperisse in ecclesia Comensi Officio ecclesiastico coli, non obscure, ut appareat, prodit; quod autem ad posteriorem seu Tattum spectat, hic hodie auctores, qui de S. Eupilio tractant, in Novocomensi suo Martyrologio enumeraturus, hisce ecclesiæ Novocomensis Officia accensel, cunque id, nisi haec inter officium de S. Eupilio reperiatur, facturus fuisse haud videatur, est sane, cur ea inter re etiam ipsa officium hujusmodi repeiri hocque in ecclesia Comensi quotannis de S. Eupilio recitari existimetur.

E.

## DE S. FIRMINO, EPISCOPO

USÉTIENSI,

IN OCCITANIA INFERIORI

COMMENTARIUS PRÆVIUS

J. B. F.

Sancti memoria in Fastis sacratis, cultus, quædam vitæ chronotaxis,  
Acta qualia edenda.

ANNO DLI  
Sanctus, cuius  
in Fastis sa-  
crae memoria,

**U**setia seu Uzeta, aliis Ucetia vel Utica Urbs Gallia, in Occitania Inferiori, episcopalis hic die S. Firmum, quondam antistitem suum, veneratur. Hujus memoriam Usuardus hisce verbis celebrat: V. Idus Octobris civitate Uzeta Firmi episcopi et confessoris. Eodem die iisdemque terminis vetus apud Saussayum monasterii S. Savini de Levitania Hagiologium, Martyrologium Rothomagensis, et Florarium nostrum Ms. ipsum commemorant. Cardinalis Baronius in prima sua Martyrologii Romani editione S. Firmum Uzetiæ, non in Gallia Narbonensi, sed in Africa cathedralm habuisse sic refert: Uzetiæ in Africa xi Octobris sancti Firmi episcopi et confessoris. Quam annuntiationem postea, non recentiores Martyrologii Romani (ut Dominici in Operi, cui titulus, Familia rediviva Ansberti, refert) editores, sed ipsum Baronius cum nempe eodem precise die sicut et 2 Maii Usetiae in Occitania Inferiori S. Firmi festum celebrari, animadverteret, mendosam judicavit; ideoque anno 1631, quo Martyrologium Romanum, annotationibus a se illustratum, publici juris iterum fecit, lectioni in Africasequentem in Gallia Narbonensi substituens, al-Octobris Tomus V.

lucinationem suam purpuratus vir correxit. Hunc Castellanus et P. Labbeus secuti, in suis Martyrologiis, Gallice editis, etiam locum, in quo Sanctus episcopi minus obierit, clarissimus quam citati Usuardus, Florarri nostri Ms., Martyrologii Rothomagensis, et veteris Hagiologi monasterii S. Savini de Levitania auctores, sic indicant: v Idus Octobris Uzetae in Gallia Narbonensi S. Firmi episcopi et confessoris. Quibus etiam consentiunt Calendaria ecclesiistarum Usetiensis, Biterrensis et Narbonensis, quæ ipsum Usetiae in Gallia Narbonensi episcopum fuisse constanter tradunt. Mendosus interim, quam recitavi, Martyrologii Romani, a Baronio vulgati, annuntiationes Faber, libro, cui titulus: Disquisitio historica de matrimonio Ansberti cum Blithilde, contendit, Usetiae in Gallia Narbonensi antistitem nomine Firmum numerum exstitisse. At quam multum hujus auctoris assertum a veritate alienum sit, conciliorum Gallia, quibus Sanctus interfuit, subscriptiones, de quibus in hujus Commentarii decursu agemus, dilucide evincent.

2 Neque tantum Fasti sacri ecclesiistarum Usetiensis et Biterrensis Sancti memoriam celebant, sed quotannis xi Octobris ipsius obitus

in Usetensi,  
Biterrensi, et  
Narbonensi  
ecclesiis

82 tus

AUCTORE  
J. B. F. t

tus dies officio ecclesiastico, ritu, ut vocant, duplice, in dictis ecclesiis colitur; atque in ecclesia Narbonensi officio proprio novemlectionum honoratur. Hasce a Lambecio libro Comment. secundo pag. 914, excepta dumtaxat septima Lectione, quæ in exemplo Cæsareo desideratur, publicatas, lectori, quod et Sancti Vitæ fragmentum exhibeant, legendas hic propono. Lector i. Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, cum constansse fides floreret Christianorum, Firminus, parentibus adhuc gentilitatis errori vacantibus, audiens Christianos Dominum Christum fateri, seque de paganis superstitionis insidiis desiderans liberare, Euangelica quidem sectatus præcepta, quæ dicunt: nisi quis reliquerit patrem aut matrem et cetera, non potest esse meus discipulus; patriam, parentesque relinquentes, rebus interdum propriis pauperibus traditis; Christum Dominum sequi jugiter concupivit.

3 LEC. II. Itaque ab urbe Narbona egressus, itinere ceptu ad civitatem quandam provincie (Occitanie Inferioris) Uecciam nomine pervenit, ibique Laurentium presbyterum reperit, virum doctum, et religiosum, cuius amicitiae se jungens, et quasi familiaritatis obsequium prebens, aliquamdiu apud illum tranquilla commoratus est vita. Lector iii. Quem Ferreolus virgula præclara filius fratris ejus subsequens calle festino jungere se ei cupiebat. Quem beatus Firminus elevat oculis videns, dixit: Fili, quo pergis, aut quo vadis? Ille protinus respondit: Ego, derelicto patre et matre, secutus te, Domino toto corde obedire paratus. Tunc dixit ei beatus Firminus: Fiat, sicut dixisti. Lector iv. Tunc venerunt ad domum quandam civitatis Rorici pontificis ac patricii, inveneruntque ibi juvenem sedentem, qui Roricio ministrabat quotidie epulas. Qui videns beatum Firmimum, interrogavit eum dicens: Ex qua provincia es, vel ex qua natione progenitus? Ille respondit: In Narbona civitate sum ortus. Pater, inquit, meus Ferreolus vocatus, mater vero mea Industria vocatus nomine.

4 LECTIO V. Hæc videns juvenis ille, ingressus palatium istius pontificis, nunciavit ei omnia, quæ a beato Firmino audierat. Tunc pontifex jussit eum introire ad se, cui dixit: Unde venis, aut quo pergis, vel quo uteris nomine? Cui beatus Firminus dixit: In Narbona civitate ortus, relicto errore gentilitatis, Christo Domino hue serviturus adveni; de nomine autem, quod perquisisti, ego Firminus vocor. LECTIO VI. Cognovit autem ipse pontifex, quod esset ortus ex progenie sua vinculoque beati amoris eum sibi conjunxit. Erat enim ipse Firminus annorum circiter duodecim, literis bene eruditus; Ferreolus quidem septem annorum. Die subsequente Roricus Firmum clericum faciens, diaconum ordinavit; Ferreolum vero tradidit Grammaticæ eruditioni. Cum autem Firminus fuissest annorum viginti, ad honorem presbyterii pervenit. LECTIO VIII. Erat autem beatus Firminus religiosissimus, Domino serviens in sanctitate, jejunans quotidie, et nisi cum pauperibus cibum nullo modo sumens; in vigiliis nocturnis pernoctans, secretas orationes appetens, succinctis lumbis Domino militavit. Cœpit itaque per beatum Firmimum Dominus signa facere. Nam cæcos illuminabat illius oratione, leprosos mun-

dabat, dæmones ejiciebat. LECTIO IX. Apud Uesciam dum ad portam civitatis illius, magnis populorum turbis secum euntibus, introiret, leprosum habuit obvium miserabil facie, horrenti cute, quem coram omnibus osculatus atque benedicens, ab omni lepra continuo emundavit. Postero vero die ad ecclesiam veniens niente cutre gratiam pro sanitate, quam receperat, augebat.

5 A quo vero tempore cultus S. Firmini pri- a seculo ix, mordia sint repeienda, monumentorum, id referentium, defectu definiere nequeo: autem Marcus Dominicinus in libro, cui titulus Familia Ansberti rediviva, jam seculo ix populi, ad ejus sepulcrum suppliciter accedens, pietatem ac fiduciam multitudine miraculorum multum creuisse; idque laudatus auctor confirmari contendit ex sequentibus verbis Epistola Amulonis, episcopi Lugdunensis, qui circa annum 843 Agabarbo successit, ad Theobaldum episcopum Lingonensem directæ: Scimus etiam civitatem quamdam haud longe a nostris finibus, quæ Uetutia nuncupatur, sita in provincia Narbonensi; ubi cum ejusdem piæ memoriae præcessoris nostri tempore ad sepulcrum sancti Firmini episcopi istiusmodi percussionses, et elisiones fieri coepissent, ita ut in membris cadentibus reperirentur quedam stigmata unctionis, tamquam illuc sulphur arisset, et ex hoc territi atque obstupfacti vulgares, cum votis ac donis plurimi gregatim ecclesiam frequentarent, accepto ab eodem patre nostro consilio, predicavit eis, atque præcepit Narbonensis, qui nunc superest, Bartholomæus episcopus, ut omnino locum illum, quem superstitionis frequentare cooperant, nequaquam amplius ita frequentarent, et quæcumque illuc conferre conueverant, magis in usus indigenium, et misericordiæ opera erogarent.

6 Quod cum factum fuisset, statim et ibi et in aliis locis, in quibus jam similiter fieri incipiebat, tota illa deceptio cessavit, et populus fidelis, optata incolumente ac tranquillitate respiravit. Unde omnino videtur nobis, ut.... eliminetis ex domo Domini istiusmodi commentum et figmentum diabolicum, quo tanta infelicitum hominum et maxime mulierum multitudo nimis dolende, ac pudende, velut captiva et mente capta obligata tenetur; annuntiando omnibus fideliter, atque obtestando, ut intermissio hujusmodi vano et perniciose concursu, unde nulla anima salus, nulla corporis incolumenta, nulla vite utilitas provenire cognoscitur, unaqueque plebs in parochiis et ecclesiis, quibus attributa est, quieta consistat etc. Hasce percussionses et elisiones, inquam, laudatus auctor pro miraculis habendas esse existimat, sieque Sanctum seculo ix miraculis claruisse probare nilitur; at nullus dubito, quin hæ operationes dicendæ sint commentum et figmentum, prout illas Amulo, episcopus Lingonensis, in citata Epistola merito vocat. Quis enim credit, unquam in Dei ecclesiis, in beatissimorum Martyrum basilicis, talia signa Sanctorum intercessione increbuisse, quibus nequaquam ægræ sanarentur, sed sane percuterentur et dementarentur?

7 At licet ex prædictis signis, in quibus divinam potestatem reliuisse nullo modo constat, Sancti fama sec. ix miraculis clara nulatenus probetur; tamen ex sequentibus his Epistola Amulonis, episcopi Lugdunensis, verbis

ut hic probatur.

apud mortales in veneratione habitus

honoratur,  
jam etiam

AUCTORE  
J. B. F.

**A**bis, Firmum dicto tempore jam ut Sanctum habitum fuisse, sicut manifestum: Ad sepulcrum, inquit Amulo, sancti Firmini episcopi etc. Et S. Agobardus, archiepiscopus Lugdunensis, in epistola ad Bartholomaeum, episcopum Narbonensem, qui anno 828 floruit, directa, Sancto cœlitum honores sec. ix fuisse delatos claris terminis sic exprimit: Cognovimus, sollicitam esse prudentiam vestram, quoniam modo accepi debat illud, quod in quadam loco coepiunt fieri quædam percussionses, ita ut caderent quidam, ... maxime in quadam ecclesia, ubi iudicium Sancti corpus veneratur, nomine Firmini. Ex is satis patet, seculo ix Sanctum cultu fuisse gavisum. Porro, quo tempore ipsum mortales Sanctorum honoribus prosequi coepiunt, determinare huc usque nemini, quod sciām, in promptu fuit.

Narbonem, in  
Occitania  
Inferiori,

**B** Stabilitate nunc illustratoque Sancti cultu, reliquum est, ut de quibusdam ipsius rebus gestis, quæ silentibus S. Firmini Actis, scriptores variis triderunt, sermonem instituamus, atque præcipue ipsius vitæ capita ad ordinem chronologicum reducere conemur. Narbone, quæ ampla et munita Galliae civitas est archiepiscopal, in Occitania provincia Inferiori, in lucem editum Sanctum nostrum, ipsius Acta ferunt; verum Historia literaria Francicæ editores, Sanctum in pago Galliae Aquitanicæ, apud Ruthenos, teste Sidonio, Trevidon nuncupato, vel in agro Prusiano, Gallice Lesperou, haud longe a dicto pago dissito, natum conjectant, ex eis quod in dictis locis, quæ nobilia majorum S. Firmini prædia erant, Sancti parentes, teste Sidonio lib. 2, Ep. 9, habitarent. Ut sit, nos ipsius Actis, quibus et in hoc capite subscribunt, quotquot de Sancto tractarunt auctores, adhærentes, civitatem Narbonensem ipsis locum natalem fuisse dicimus.

anno 516

**C** Quos de Sancti nativitatibus loco inter se satis convenientes auctores jam vidimus, in anno assignando, quo lucem hanc primum aspicerit S. Firminus, omnino dissentientes inveniems. Bailletus in Vitis Sanctorum ad hunc diem, Novæ Galliae Christianæ editores tomo 6, pag. 618, Historia Literaria Francicæ auctores et Cointius in Annalibus Ecclesiasticis Francorum Sanctum reperant salutis anno 516 natum constanter scribunt; Dubouchetus vero in libro Origine Domus Francicæ, Sammarthani in ejusdem Domus Historia et Dominicus in supra citato Opere ipsum duobus annis serius ortum referunt. Utri opinionum sit adhærendum, inquiramus. Ac in primis Cointius, qui anno Christi 516 Sancti natales collocat, hic audiamus: Firminus ex Ferreolo et Industria seu Deutheria natus est hoc anno, id est, 516, vixit enim annos dumtaxat triginta septem, et Ferreolus illius in episcopatu Uccensi successor, qui superstes ei fuit annis octo ac viginti, transitus ad Deum anno Christi quingentesimo octogesimo primo. Sancti Acta, ipsum triginta septem tantum annos vivisse, etiam tradunt, neque laudati secundæ opinio- nis auctores Cointius in hoc capite refragan- tur; at Ferreolum, qui, ut refert ipsius Vita, cui secundæ sententias patroni similiter in hoc capite subscribunt, annis 28 sedem Usetiensem occupavit, anno 581 ex hac vita migrasse, seu episcopali dignitate, defuncto S. Firmino, anno 553 ornatum fuisse negant; atque con-

tendunt, dictum Ferreolum non ante annum 555 Sancto nostro successisse. In eam opinio- nem, quæ longe abest a vero, abducti sunt laudati Dubouchetus, Sammarthani et Domini- nicus, quod Parisiensem synodum secundam, cui dum subscripterat, Sanctus obiit, anno 555 fuisse celebratam existimant. Verum hanc synodum ante annum 553 celebratam fuisse, et Sanctum nostrum anno 553 mortalem vitam cum immortali commutasse, ex his, quæ infra, dum de Parisiensis synodi et Sancti mor- tis epochis sermo recurret, dicemus, sicut manifestum. Ceterum, ne hujus Commentarii ordo turbetur, S. Firminum anno 516 natum hic dicamus, lectori, cur Sancti ortum dicto anno affigamus, postea rationem edicturi. Modo de Sancti familia agamus.

**10** S. Firmini patrem, qui in ejus Actis Ferreolus nominatur, et ibidem ex exalta\* parentum prosapia extitisse nobili germine ortus di- citur, unum eundemque cum Tonantio Ferreolo nomine tertio, filio praefecti prætorii Galliarum, quotquot (si Fabrum excipias) de

nobili patre  
Ferreolo, ma-  
tre, Industria  
nomine, quam  
tegē: alta

illustri Sancti nostri generi tractarunt aucto- res, unanimi consensu scribunt. Nobile hujus Ferreoli genus Cointius ad annum 508, cap. 47 sic describit: Genus autem ejusdem Ferreoli si consideramus, infra regiam dignitatem quid au- gustius esse potuit aut utilius Francie? Apud Wisigothos auctoritatis erat maxima, patre et avo gloriabatur praefectus prætorio Galliarum, avo imperatore per matrem, proavo per aviam consule ac praefecto prætorio Italiae Galliarum. Neque eatem magna inter auctores discep- tatio est. At ubi ad Sancti matris nomen et genus designandum acceditur, nulla inter eos con- sensio; quidam ipsam Industriam, ut Sancti Acta ferunt, nominantes, dum alii in dictis Actis Industriæ nomen pro Deutriæ seu Deu- theriæ ab indoctis amanuensibus repositum putant, Chlodovei I, Francorum regis, fi- liam fuisse volunt; quidam S. Firmini matrem Etheriam vocitant, illamque dilissimi cuius- dam senatoris natam fuisse contendunt.

**11** Qui ipsam Chlodovei regis filiam dicunt genealogi, id ex Pauli tiaconi, qui Caroli Magni temporibus vixit, protare nituntur. Laudatus hic scriptor, ubi de Agiulfo seu Agiulfo, qui, ut statim videbinus, Sancti nostri frater legitur, sermonem habet, hunc ex Chlodovei regis filia ortum sic refert: Vi- gesimus ac sextus, Pontifex scilicet Metensis, Agiulfus, qui fertur patre ex nobili senatorum familia orto, ex Clodovei regis Francorum filia preceatus. Si jam, inferunt dicti genealogi, Agiulfus S. Firmini frater exstilis- dilucide probetur, Sancti etiam matrem Clo- dovei natam fuisse fiet consecrarium. P. Jor- danus S. J. in libello, quem inscripsit: La critique de l'origine de l'auguste Maison de France duas S. Firmini patri uxores legit, unam eamque Clodovei filiam, et qua natus solus Agiulfus, alteram dilissimi senatoris natam, et Eteriam dictam, qua reliquos Ferreolo, Sancti nostri patri, liberos peperit; itaque Agiulfum et Firminum eodem patre, at diversis matribus natos fuisse contendit. Ut sit, qui totum hoc argumentum nitide sane et quanta fieri potuit diligentia atque eruditione elaboratum desiderat, aedat libellum citatum tota priori parte: et similiter Dominicum in Familia Ansberti rediviva, Dubouchetum su- pra

quidam Chlo-  
dovei regis  
filiam dicunt  
natus 3 fratre  
duasque sor-  
ores habuit.

AUCTORE  
J. B. F.

*pra citato libro, et Cointium in Annal. Eccl. Francorum consulat: neque enim animus est mihi diffusam adeo, atque a viris in hoc genere versatissimis agitata toties controversiam instaurare. Laudatos inter genealogos, ubi Sancti nostri fratres sororesque suis quosque nominibus designare aggrediuntur, omnis disceptatio cessat, atque omnes genealogiae S. Arnulphi, Metensis episcopi, quae in veteri codice S. Symphoriani Metensis S. Firmi fratres sororesque hoc modo enumerat, subscriptiunt: Ansbertus..., qui fuit ex genere senatorum, habuit fratres Deotarium, Firmimum, Gamardum, et Aigulfum episcopum, et Reginfridum. Deotarius vero construxit vicum Arisidum, ubi confessor Christi effectus requiescit; Firminus autem Pontificatum tenuit in Ucetia civitate, ubi confessor Christi requiescit; Aigulfus vero in Mettis civitate episcopus ordinatus est: Goda vero et Maria in virginitate perseverantes migraverunt ad Dominum. Hæc de Sancti illustri familia jam sufficiant.*

B Anno 541 con-  
cilio Aure-  
lianensi iv,

*12 Superius innui, haud omnia preclare S. Firmini in episcopatu gesta in Actis recen-  
seri. Quapropter, quidquid aliunde se obtulerit relatum dignum, ordine temporis adjun-  
gam. Anno 541 ad synodum Aurelianensem quartam convenerunt episcopi triginta octo cum presbyteris undecim et uno abbatte, qui totidem episcoporum nomine interfuerunt. Habita est hæc synodus, ut titulus apud Labbeum tom. 5 Concil. pag. 380 præfert, Triennio post Aurelianense concilium tertium, Indictione quarta, Basilio viro clarissimo consule, id est anno Christi dxxi. Vigilius Papæ ii. Childeberti regis xxx. Licet dies et mensis, quibus hoc concilium, in quo Leontius Burdegalensis ecclesie episcopus, primus subscripsi, fuerit celebratum, huc usque nullibi ex-  
pressi reperiantur; tamen Jacobus Sirmundus S. J. hanc synodum ante autumnum habitam fuisse recte existimat ob sequentem rationem, quam in Annalatis ad idem concilium apud Labbeum sic tradit: Tribus tantum in libris nacti sumus hoc concilium, Rhemensi nimis-  
rum, Bellovacensi, et Minore Pithæano, qui C solus temporis notam habuit, eamque duplice: nam et indictionem designat et consulatum, diem vero et mensem non indicat. Ceterum ante autumnum habitam fuisse synodum ex eo colligimus, quod anno Christi 541, quo consul fuit Basilus, quarta indictione finem habitura erat mense Septembri, et quintæ futurum initium.*

anno vero 549  
concio ejus-  
dem civitatis,

*13 In hoc concilio, in quo, ut sanctum Pascha secundum Laterculum Victorii ab omnibus sacerdotibus uno tempore celebretur, decretum fuit, canones triginta et octo, quibus præcedentium synodorum decreta, paucis additi, fuere confirmata, sunt conditi. His canonibus subscripti legitur Firminus hunc in modum: Firminus, in Christi nomine episcopus civitatis Ucetiae, consensi et subscripti. Deinde anno 549 synodus Aurelia-  
nenesis quinta ex tripartito Franciæ regno a Childeberto, in cuius ditione hæc civitas sita erat, rege convocata est. Concilium istud ha-  
bitum est Post Theodoreti regis mortem, sub die v Kalendas Novembris, indictione xiii id est, anno Christi dxxix. Vigilius Papæ x. Childeberti regis xxxviii, sic titulus apud Lab-*

*beum tomo 5, col. 390, ubi episcopi 50 et 21 D vel presbyteri, vel archidiaconi, seu diaconi, seu abbates, a suis episcopis directi, huic sy-  
nodo subscripti traduntur. Canones viginti quatuor, quorum magna pars præcedentium canonum ac decretorum repetitio et confir-  
matio est, laudatos antistites ibidem condiderunt. Quibus Firminus etiam subscripti sequentem in modum: In Christi nomine Fir-  
minus, episcopus ecclesie Uceticensium, con-  
sensi et subscripti.*

*14 Laudatus supra Faber, Binii ad dicta concilia Annalatis suffultus, in citatis statim Firmini subscriptionibus mendose episcopum Uticensem pro Vincensi dici existimat. At quam multum a vero aberret Binius in citato supra libro sequenti ratione Dominicus de-  
monstrat: Sed, inquit, quam falsa sit Binii conjectura, ex editione conciliorum a doctissimo Sirmundo procurata liquido patet: con-  
stanter enim in concilis Aurelianensi iv et v adfuit Firminus, episcopus civitatis Ucetiae, aut ecclesie Uceticensium, et cum eo Deuterius, episcopus ecclesie Vincensis. Cujus ul-  
timi nomen in editione Binii desideratur, ex codicibus Corbeiensi, Lugdunensi, et Pithæano nunc primum restitutum. Unde non potuit Firminus ecclesia Vincensi præesse, cum ea-  
dem tempestate, qua ipse prærerat Ucetiae, Deuterius Vincensem administraret. Nec Binium movere debuit, quod sit ejusdem nominis civitas in Africa; recte enim Uccensis episco-  
pus, Uticensis etiam quandoque dicitur, ut constat ex concilio Toletano xiii cui cum quibusdam episcopis Narbonensis primæ subscriptis Leopoldus abbas vices agens Potentini episcopi Uticensis. Laudati hanc Dominicii opinione Cointius, Labbeus, Pagius, Natalis Alexander, Bailletus cum Historiæ Litterariorum Franciæ editoribus, et novæ Gallie Christianæ auctoriis amplexuntur, solosque Binium et Fabrum ex omnibus, qui de his syno-  
dis tractarunt, scriptoribus sibi adversarios habent.*

*15 Etiam synodo Parisiensi securidæ, a rege Childeberto in causa Saffaraci, ejusdem urbis episcopi, qui gravissimi criminis accusatus, propriaque confessione convictus se-  
cundum sacros canones episcopatu dejectus, et in monasterio fuerat detrusus, convoca-  
ta interfuisse, ac subscripti legitur Firminus his verbis: Firminus, episcopus ecclesie Ucetiae, subscripti. De tempore, quo hoc concilium, cuī viginti septem episcopi subscripti, habitum fuerit, haud convenienti aucto-  
res: titulus huic synodo apud Labbeum tomo v col. 811 præfixus, dictam synodum celebra-  
tam fuisse, refert: In causa Saffaraci episco-  
pi, Childeberto rege evocante, sub annum Christi dlv. Pelagii Papæ i. Childeberti ejus-  
dem regis xliv. Sirmundus tomo i Conciliorum Galliarum pag. 610 synodum Parisiensem secun-  
dam, cujus annum nulla huc usque nota definiri posse fatetur, circa annum 555 cele-  
bratum fuisse conjectat. Natalis Alexander, Cointius, et Pagius etsi apertis verbis decla-  
rent, hoc concilium, quod temporis nota ca-  
reat, nondum in conciliorum collectionibus et in Annalibus ecclesiasticis epocham certam  
nancisci posse, tamen dictam synodum ultra  
annum 553 differri posse negant ex eo quod San-  
ctus noster, qui huic subscripti probatur,  
dicto*

AUCTORIS  
J. B. F.

A dicto anno Usetiensem sedem morte sua vacuam, ut ex infra dicendis manifestum fiet, reliquerit. Cum vero hanc synodum concilio Aurelianensi v, cui Saffaracus, ante concilium Parisiensem II episcopatus amotus, anno 540 subscrispsit, posteriorem esse, quolquit de hoc concilii scripsere auctores, merito affirmant, synodum Parisiensem secundum inter annum 541 et annum 553 habitam fuisse, fit consecrarium.

a Cesarii Are-  
latensis disci-  
pulus, ipsius-  
que Vita scri-  
pтор fuisse  
dicitur.

16 Priorquam de Sancti nostri obitu anno et Actis disseramus, de quodam facto, ab aliquo scriptoribus Sancto adscripto, sermonem habeanus. Mabillonius in Annotatis ad S. Cesarii Arelatensis episcopi Vilam, quæ, ut ibidem videre est, a quinque ejus discipulis, scilicet Cypriano, Firmino, Viventio episcopis, et presbytero Messiano et diacono Stephano est composita, hunc Firminum cum S. Firmino Usetiensi episcopo, de quo hic agimus, unum eundemque fuisse existimat; cui Baileetus in Vita S. Cesarii ad xxvii Augusti et auctores Historie Litterarie Francie tom. 3, B pag. 197 suffragantur. At editores novissimi Gallie Christianæ tom. 6, coll. 611 et 612, ubi agunt de S. Firmino Usetiensi, sic loquuntur: In Actis nostri Firmini nulla occurunt, quæ huic faveant opinioni, quibus J. Stillingus tomo 6 mensis Augusti num. 3 Commentarii prævii ad S. Cesarii Vitam his verbis assentitur: Neque ego in MSS. nostris de S. Firmino Usetiensi quidquam reperire potui, quo evincam S. Cesarii discipulum fuisse, aut cum aliis Vitæ scriptorem. Quia propter rem incertam relinquerem coger usque ad xi Octobris, ubi de S. Firmino Usetiensi agetur latius. Ego vero lubens fateor, me post accuratam indagacionem nihil huc usque invenire possum, quo Sanctum nostrum in S. Cesarii disciplinam sese tradidisse, seu ad illius Vitam concinnavit operam et studium contulisse, cum laudatis Mabillonio, Baileto et Historie Francie editoribus affirmare possim.

Anno 555 ex  
hae vita migravit.

17 In ipsius obitus tempus modo inquiramus. Etsi S. Firmini Acta, ut supra dictum est, annum, quo ea hac via migrarit, nequaquam exprimant; tamen ex tempore, quo ipsius in Usetiensem sedem successor S. Ferreolus obierit, sicut et ex annorum numero, quibus hic dictam ecclesiam administravit, Sancti nostri mortis epocha potest determinari. Gregorius Turonensis lib. 6, cap. 7 S. Ferreoli obitum anno sexto Childeberti II regis, qui annus secundum omnes historicos Incarnati verbi anno 581 illigatur, contigisse sic refert: Annos sexto Childeberti II regis Ferreolus Uccensis episcopus magnæ vir sanctitatis obiit, plenus sapientia et intellectu. Qui libros aliquos epistolarum, quasi Sidonium secutus, composuit. Hunc auctorem secuti Coenitius, Pagius in Criticis, Baileetus, Historie Litterarie Francie editores, multique alii S. Ferreoli mortem anno 581 constanter collocarunt. Quod annorum numerum, quibus dictus Ferreolus Usetiensem sedem occuparit, spectat, hunc ipsius Vita ex antiquissimo codice collegii Fuxensis Tholosæ in citato Dominici Opere edita claris verbis sic refert: Ferreolus vir Domini, confessorque beatissimus post transitum S. Firmini Pontificatum tenuit annis xx et viii. Atque de hoc S. Ferreoli Vitæ

capite, quotquot de ipso tractarunt, scriptores omnino, ut jam supra diximus, convenient. Proinde si annos 28, quibus S. Ferreolus Usetiensem ecclesiam administravit, ex anno 581, quo hic mortalem vitam cum immortali commutavit, demas, S. Ferreolum sedem Usetiensem anno 553 quam morte sua vacuam Sanctus noster eodem anno reliquerat, adiisse reperies. Quo stabilitate, cum S. Firminus ex scriptorum supra num. 9 laudatorum consensu tantum 37 annos vixerit, ipsum reparatæ salutis anno 516 natum fuisse etiam sit consularium.

18 Sancti nostri Acta, ut supra monui, Dubouchetus in libro, cui titulus: Origo Domus Francie, publici juris fecit, et in omnibus fere cum illorum exemplari, quod a P. Possino ad Majores nostros anno 1646 transmissum, nobis hic præ manibus est, convenient. Acta apud Dubouchetum sicut et exemplar nostrum nec auctoris nomen, nec fontes e quibus, quæ narrantur, hausta sint, exprimunt, neque ullam notam chronologiam continent, qua tempus, quo exarata fuerint, determinari queat; atque in quibusdam locis truncata, in aliis vero variis adjunctis, fabulam omnino redolentibus, plurimum sunt adaucta, ita ut haud multum fidei apud eruditos videantur promerer. At licet hæc ita sint, laudatus supra Dominicus Acta hæc haud omnino rejicienda esse, sed, quæ in illis historicæ sunt, a segmento separandæ sieque cum temperamento admittenda existimat. Dominicus opinioni Baileetus, novæ Gallie Christianæ editores, et Historie Francie auctores evidenter suffragari, qui in suis Operibus dicta Acta, apud Dubouchetum edita, omissis, quæ in illis reperiuntur, fabulosis adjunctis, posteritati commendarunt. Utul sit, ego exemplar nostrum, huc usque, ut puto, ineditum, collatum cum illis, quæ publici juris fecit Dubouchetus, Commentario huic subiectam, Lectorum in Annotatis, quid laudat statim auctores de singulis in Actis assertis sentiant, referam.

Acta hic eden-  
da

F

ACTA

## ACTA

## S. FIRMINI EPISCOPI

Auctore anonymo,

*Ex P. Possini Ms. cum editis  
apud Dubouchetum in libro de  
Origine Domus Franciae collato.*

## CAPUT UNICUM

*Sanci patria : illustres parentes :  
fuga Usetiam : ad presbyteratum  
et deinde episcopatum Usetien-  
sem promoto, quem morti pro-  
ximus fratris filio cedit.*

*Sanctus, Nar-  
bone natus,  
parentes.  
Gentiliti er-  
rore infectos  
fugiens,  
\* lege alta  
b*

**F**uit vir quidam in civitate Narbona *a*, qui de parentibus honestis secundum quidem seculi dignitatem descendisse dicitur, et ex exalta \* parentum prosapia *b* exstisset nobilis germe ortus, cuius filius vocabatur Firminus; dum sacris polleret moribus, essetque Baptismi unda regeneratus, in teneris positus annis a Spiritu, qui, ubi vult, spirat, inspiratus, relicto superfluo gentilitatis ritu ad servitium sese Christi fideliter mancipavit. Eodem itaque tempore dum constantissime fides floret Christianorum, Firminus, parentibus adhuc gentilitatis *c* errori vacantibus, audiens Christianos Dominum Christum fateri, seque de Pagania superstitionis insidiis desiderans libe-  
**C**rari, Euangelica secutus preecepta, quae dicunt: Nisi quis reliquerit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratres, aut sorores, adhuc autem et animam, non potest meus esse discipulus *d*. Patre parentibusque relictis *e*, rebus interdum propriis pauperibus traditis, Christum pauperem bajulando crucem suam pauper secutus est.

*Usetiam ten-  
dit, ubi una  
cum Ferreolo  
fratris sui fi-  
lio, etiam fu-  
giente, a Rori-  
cio*

*f .*  
*\* lege progenie  
seu stirpe.*

? Itaque ab urbe Narbona egressus itinere arrepto ad civitatem quandam nobilissimam Usetiam pervenit, ibique Laurentium presbyterum reperit, virum doctum et religiosum, cuius amicitiæ se jungens, et quasi familiaritatis obsequium prebens, aliquamdiu apud illum commoratus, tranquillam duxit vitam. Quem Ferreolus *f* virgula preclara filius fratris eius subsequens gradu festino se ei jungere cupiebat. Quem beatus Firminus elevatis oculis videns, dixit ei: Fili, quo pergis aut quo vadis? Ille protinus respondit: Ego, derelicto patre et matre, secutus sum te, Domino toto corde paratus obediens. Tunc venerunt ad dominum Rorici *g*, pontificis ac patricii, inveneruntque ibi juvenem sedentem, qui Roricio quotidie epulas ministrabat, qui, ut vidit Firmimum, interrogavit eum dicens: Ex qua provincie es, vel ex qua natione \* progenitus? Ille respondit: In

Narbona civitate sum ortus. Pater, inquit, Deus meus Ferreolus vocatur, mater vero mea Industria *h* vocatur nomine. Haec audiens juvenis ille, ingressus palatum ipsius pontificis, nuntiavit ei omnia, quæ a beato Firmino audierat.

3 Tunc pontifex jussit eum introire ad se, illius urbis episcopo ut cognatus recipitur, in cuius, jam presbyter factus, gentilitatis, Christo Domino serviturus huc adveni: de nomine autem, quod perquisisti, ego Firminus vocor. Cognovit autem ipse pontifex, quod esset ex sua progenie ortus: titulique sancti ac beati amoris eum sibi junxit. Erat autem ipse Firminus annorum circiter duodecim, literis bene eruditus; Ferreolus vero septem annorum. Eadem die subsequente Roricius Firmiminum clericum faciens Diaconum ordinavit; Ferreolum vero tradidit Grammaticæ eruditio-*i*n. Et dum Firminus annorum fuissest viginti *i*, ad honorem presbyteri pervenit.

4 Erat autem predictus Roricius jam senex octoginta scilicet annorum, posuitque sub dictione sua beatum Firmimum super omnes civitates provinciæ (Occitanie Inferioris) et cætera loca. Eodem anno subsequente Roricius vita functus est. Remansit vir religiosus Firminus Usetia titulatus et pastoralis culmine sublimatus, qui domi residens, jussit Ferreolum venire ad se; cum autem venisset, interrogavit eum de sua eruditione et de moribus suis. Quo perspecto, inventum eum dilectionis Dei et proximi concordem, charitatis non fictæ; orationibus enim Domino jugiter adhaerere solum gaudebat. Itaque Firminus summus episcopus cum clericum fecit et non post multos dies Diaconum ordinavit.

5 Post haec sanctus Firminus gravi infirmitate infirmari coepit, tunc paterna cura cuncta peragens, atque pertractans supradictum Ferreolum diaconum vocans, presbyterum ordinavit, atque in vice sua super civitates, quibus ipse praeerat, et super omnes viros suos eum constituit, et præcepit ei, ut moneret sacerdotes, ut scirent, quomodo docerent populos et regerent sibi subjectos.

6 Beatus vero Firminus graviter ex eadem infirmitate gravatus, parum loqui poterat, cui nocte quiescenti astitit angelus Domini, et vocans eum dixit: Firmine, dimissum est peccatum tuum, crastina die, hora diei tertii, videbis gloriam Dei et angelum Michaëlem venientem, ut te suscipiat, atque ad regna caelorum perducat. Beatus vero Firminus clamans voce magna ad angelum dixit: Domine indica mihi, cui dimittam curam cunctarum civitatum provinciæ. Cui angelus dixit: Filio fratris tui Ferreolo, quia datum est illi desuper, et hec dicens visio Angelica recessit. Qui autem vigilabant in eadem domo vocem angelicam audiebant *k*.

7 Audiens haec B. Firminus gavisus est valde, et missis epistolis episcopo Arelatensi *l* et Avenionensi *m* simulque Auraciensi *n* monuit, ut in loco suo Ferreolum episcopum ordinarent *o*, quod et factum fuit. Post hoc vero beatissimus Firminus præcepit venire ad se omnes clericos, et presbyteros, et omnes ministros ecclesiæ, et omnes subditos suos, quos venientes, pervolvens se ad pedes eorum, rogat, ut eidem dimitterent, si quid in eos deliquerat. Circa vero horam diei tertiam beatissimus antistes Firminus se in ecclesiam portari, et

*jussit*

*senescens se-  
dem succedit.  
Postea Ferre-  
lo, quem sub-  
diaconum, dia-  
conum, ac  
deinde*

*sacerdotem  
consecrata,*

*Usetiensem se-  
dem, iussione  
divina,*

*k  
cedens, pie  
moritur.  
l  
m n  
o*

A jussit sacra sibi mysteria celebrari expectans promissum angeli. Ut autem sanctum Domini corpus accepit, intentis auribus auscultans, auditiv vocem canentium in aere. Et signans se signo crucis, migravit in pace v Idus Octobris, perseveravitque in episcopatu **XLVI p annos.**

## ANNOTATA.

a Vide Commentarii prævii numerum 8.  
b Vide Comment. prævii numerum 10.

c Pugnare videntur, inquit *Dominicus in citato saepius libro*, cum Sidonii episcopi mente hec Acta, dum Sancti nostri patrem gentilitatis ritu detentum hic referunt, quem nihilominus, si idem ille sit, ac Tonantius Ferreolus, cuius idem præsul in libro 2, Epist. 9 meminimus, de recta fide non secus ac genitores ejus bene sentientem insinuat; quia tamen, ut ex eodem auctore Sidonio colligitur, iu Tonantius Ferreolus admodum juvenis, ac teneræ etatis erat tunc cum Sidonius scriberet, fieri potuit, ut, Gothis Septimanias, Occitanias inferioris B parte potuisse, Arrianam fidem amplexus fuerit, aut horum Actorum auctor, dum Firmi patrem apud Gothos degentem audivit, eorum quoque dogmatibus hunc imbutum sibi suaserit; ut eo magis beati Viri, quem laudabat, virtutem extolleret, quo a parentum fide longe alienum representaret. *Dominici opinioni Bailletus, Novæ Galliae Christianæ editores, Historie Litterariorum Franciæ auctores et Cointius suffragari videntur, qui in suis de Sancto nostro elogiis ne verbum quidem de ipsius parentum hæresi loquuntur, quin in Novæ Galliae Christianæ editores S. Firmum usque ad duodecimum annum a parentibus pie educatum fuisse dicunt.*

d Apud Lucam cap. 14, §. 26.

e *Bailletus, Novæ Galliae Christianæ editores et Historie Litterariorum Franciæ auctores de hac Sancti fuga altum silent, et Sanctum nostrum et Ferreolum fratris sui filium ad Roricius Usetiensem episcopum et S. Firmi patrum, ut literarum studio sese traderent, a parentibus fuisse missos, ferunt.*

f *Sancti Ferreoli Acta, de quo in Opero nostro in Prætermis ad diem primam Aprilis mentio habetur, in Operis supplemento ad iv Januarii diem dabimus. Fuit hic filius celeberrimi Ansberti, fratris S. Firmini, per quem Ansbertum regum Francorum secundae a tertie stirpis originem cum prima connectunt quidam genealogi, ut apud laudatos Dominicum, Bouchetum et apud Jordanum in libro, cui titulus: Critique de l'Origine de la Maison de France est videre.*

g *De Roricio seu Rorico Usetiensi episcopo et Sancti nostri patruo consule in Opero nostro Prætermis ad hunc diem xi Octobris.*

h Vide Comment. prævii num. 10.

i *S. Firmum anno etatis 20 a Roricio Usetiensi episcopo ad sacerdotium et sequenti anno ad episcopatum contra leges Ecclesiasticas promotum fuisse, etiam Bailletus et Novæ Galliae Christianæ editores referunt.*

k *Hæc Sancti cum Angelo colloquia in Fabularum numero Dominicus reponit, cui Bailletus, Novæ Galliae Christianæ editores et Historie Litterariorum Franciæ auctores merito suffragantur.*

*Arelatæ urbs Galliae in Provincia Ar-*

*chiepiscopal, ad sinistram Rhodani fluvii A. ANONYMO.*

*m Avenio urbs Galliae in Provincia ad Rhodanum fluvium, archiepiscopatus titulo sub summi Pontificis Dominio insignis.*

*n Auratum melius Arausio urbs Galliae in sui nominis provincia episcopal sub archiepiscopo Arelatensi.*

*o Sancti nostri episcopi ordinationem ab episcopis Arelatensi, Avenionensi et Arausionensi peractam canonicas constitutionibus repugnare contendit supra laudatus Faber ex eo, quod Usetiensis episcopus non Arelatensi, sed Narbonensi Metropolitæ secundum veteres provinciarum notitias esset subditus, cuius auctoris rationes sequenti ratiocinio Dominicus citati libri pag. 123 impugnat: Attamen si rei gesta tempus expendisset (Faber) erat, scilicet Gothis Usetiam, quave ratione Ecclesiastica disciplina civilem Provinciarum normam ex auctoritate principum secuta sit, peractam ab his præsulibus Ferreoli ordinacionem legitimam putaret; nam ut a Chlodoveo Tholosa eadem expeditione Francorum imperio adjecta, non Narbonensem, quæ adhuc sub Gothorum dominio remansit, sed Bituricensem metropolim agnoverit, sic Usetia non Narbonensi, sed Arelatensi uti viciniori, ac jam Francis ab anno 536 addictæ paruit, idque aperte insinuat Gregorius Turonensis. Asserit enim defuncto Ferreolo Usetensi Albinum extra regis consilium Dynamii studio in ejus locum fuisse subrogatum: at Dynamius rector erat Provinciæ, quæ in Sigeberti regno censebatur, ut ex eodem Gregorio constat, dum in administratione Provinciæ Albinum in locum Jovini subrogatum narrat, Sigeberto vero successerat Childebertus, qui post Albini, tribus tantum mensibus episcopatu Usetiensi functi, decepsum, Jovinum regio precepto successorem ei designaverat, contra quem Marcellus Felicis senatoris filius insurrexit, qui convocatis comprovincialibus per consilium Dynamii episcopus Usetiensis est ordinatus, ab episcopis scilicet Provinciæ, cui præerat Dynamius, ac per consequens a Viennensis, in Childeberti regno constitutis. Non ergo provinciarum ordinem turbavit Firminus, dum Ferreolum nepotum sum ab Arelatensi, Avenionensi, et Arausiano episcopis consecrandum F censuit. Quod si non hac Faber vincitur ratiocinatione, negare certo non potest, tunc temporis Arelatensi episcopo Romanos Pontifices per Gallias vices suas demandasse, ac per consequens ordinandorum ubique per hunc tractum præsulum auctoritatem, quam olim Viennensi et utraque Narbonensi Zosimus epistola sua circumscriperat; id testatur Vigilius Papæ decretum ad Auxanium Arelatensem episcopum datum anno 545, qua deinde gratiam in Sapaudo renovavit Pelagius anno 557, ut ipsius Pelagii ad Childebertum regem docet epistolam: at inter haec spatia Firmum decessisse satis constat.*

*p Pro numero chronicō XLVI pronodus est numerus XVI: quod mendum facile irrepsit; nam cum litteris chronicis per XVI annos, qui ab anno 537, quo sedem hanc Sanctus adiit, usque ad annum 553, quo ex hac vita migravit, continuo decurrunt, sanctam Praesulem episcopatum tenuisse, scripsisset biographus, inter denarium numerum x et quinarium v quinquagenarius l ab imperitis amanuensibus fuit adiectus,*

DE